


Rector Academiae Rostochiensis D. Georgivs Christoph. Detharding ... Ad Diem Festvm In Memoriam Archangeli Michaelis Pie Celebrandvm Cives ... Exhortatvr Praemissis Meditationibvs De Bonarvm Cogitationvm Ab Angelis Bonis Factis Svgestionibvs Occasione Loci 2 Cor. XI. 14.

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1759?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862436877>

Druck Freier  Zugang





62.

276

Fa-1092 (62.)

M 3
et M
ni el Co
praedep
2 Carol
in Hia
3 Joach
in is or
nam
3 J
tica
3 Joh T
de ruff
3 Gust
ofo Je
3 Joh
Judeo
3 Joh
reho
impie
3 Tru
pecun
10 Joh
de culp
11 Joh
Antipo
nien
12 Th
quint
13 M
Jesta
14 Joh
Jacti

1) Phil Hen Lang et Frid David Geyer Dissert Antipoiret octava
 et ill Christoph Hen Lang Notae Couraige de satisfactione Jesu Christi
 in el Calixti in Concilio Tridentini Canonis 18) Godof. Stassii Dissert Antipoiret nona qua
 praecipuos veteris illustratae comentum Sapientiae incarnationis Christi regulam
 2) Carol Christl Wbog de meditatione Saurum 19) Joh Wilhelm Hartmani decima de Christiani-
 in Alpha Episcopo 20) Joh Wilhelm Hartmani de interventione merito aliquando esse ac
 3) Joach. Sam. Werckhmann Theologiae Tridentinae substitutione
 inis alia loquentibus alia sentientibus per substitutione
 nam detrahit 21) Immanuel Petri Baer Dissert Antipoiret undecima
 4) Joh Fried Bostdt de applicatione humilitatis de sanctitate humanae Christianitate
 tica 22) Joh Ernest Sman. Walekii persecutio
 5) Joh Fried Schmidt disputatio Theologica 23) Joh Ernest Sman. Walekii persecutio
 de iustificacione particulari nis Christianorum elerioniana in Hispania
 6) Gust Georg Zellneri de Theologo sufficiencia ex antiquis monumentis probandae
 olo Jehodisima explanatio uberior
 7) Joh Dorn Coradin Commentatio de Felice 24) Georg. Dan. Schuderoffi dissertatio
 Iudaeae procuratore de unktionibus veterum Librorum
 8) Joh Gerg Zellneri dissertationum Antipoiret. 25) Sam. Maetherides Romae et Genavam
 relictarum et in ea prima de patrocinio Hungariae reconciliabilibus exponit
 impietatis 26) Joh Christ. Meffereschmidt praedestina-
 9) Frid Wilhelm Mentel Dissert Antipoiret. 27) Joh Christ. Meffereschmidt praedestina-
 Secunda de iustitia Dei peccati vindice narum haeresis Lutherani falso adha-
 10) Joh Joach. Langü Dissert Antipoiret. tertia 28) Theophil Fridr Sigel dissertatio Aca-
 de culpa Peccati et poena peccati demica pro interpunctione columna et
 11) Joh. Caspar Blümker de peccato Dissert firmamentum veritatis sit magnum
 Antipoiret quarta de peccati Adamici et peccati mysterium
 alienis impietate 29) Christofte. Math. Stassii dissertatio
 12) Christ. Godofred. Philippi Dissert Antipoiret de non appropinquando ad carnem carni
 quinta de expiatione peccatorum typica 30) Ill. Henr. Gottlieb. Reichteri de veteri ora-
 13) Mauriz. Erdm. Bach. Dissert Antipoiret tionibus facis applaudendi more
 sexta de indole ac virtute sacrificiorum pia- 31) Ill. Andreae Klebergi de gratia Christi
 vular 32) Ill. Andreae Klebergi de gratia Christi
 14) Joh. Henr. Lent. Dissert Antipoiret de satisf- 33) Christ. Fried. Bauer de delictis Sabba-
 factione Jesu Christi in ti Christham

- 28) D Jacob Hen Born de comuni-
one peregrina veteri clericorum censura
- 29) Beniam. Christoph Hermann de poly-
gamma simultanea et legitima
- 30) Ill. Fried Gottl Cyriacus Cyrellum
Hypopolimitanum publice purgat.
- 31) Carl. Dan. Freyberg Commentatio de
abstinentia veterum Saxoniae electo-
rum in suscipienda stabiliendaq. Lutheri
doctrina
- 32) Fried Andr. Hallbaveri animad-
versio Theologica in licentiam novam
easque Germanicas sacri edicis versi-
ones. condendi
- 33) Joach. Hildebrandi tractatio de
Donatione Constantini Imperatori facta
- 34) Joach. Hildebrandi rituale orantium
- 35) Abraham Drinckel principia theo-
logiae comparativae de articulis fidei
- 36) D. Fried. Guilielm. Sahr ΒΑΠΤΙΣΜΟΣ
ΥΜΕΩ ΤΩΝ ΧΕΚΡΩΝ
- 37) D. Georg. Christoph. Delharding de
bonarum cogitationum ab angelis sa-
chi suscepti suggestionibus

RECTOR
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS
D. GEORGIUS CHRISTOPH.
DETHARDING,

SERENISSIMI DVCIS REGNANTIS MEGAPOLITANI
CONSILIARIVS AVLICVS, FACVLTATIS MEDICAE
VT ET COLLEGII PROFESSORVM
DVICALIVM SENIOR

AD
DIEM FESTVM
IN MEMORIAM ARCHANGELI
MICHAELIS

PIE CELEBRANDVM
CIVES O. O. O. HONORATISSIMOS
PRO OFFICII RATIONE
SERIO EXCITAT ATQVE EXHORTATVR

PRAEMISSIS MEDITATIONIBVS
DE
BONARVM COGITATIONVM AB
ANGELIS BONIS FACTIS SVGGE-
STIONIBVS
OCCASIONE LOCI 2 COR. XI. 14.

ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.

Dunp




Recurrit hodie, *Cives O. O. Honoratissimi*, festus dies, qui a MICHAELE Archangelo non solum denominationem inuenit, sed eiusdem etiam coeterorumque Angelorum honoribus datur, et quondam fuit, atque etiam nunc in Pontificiorum coetibus superstitione Christianis indigna quotannis celebratur. Prima huius Festi origo tam obscura est, vt inter se non consentiant, qui de Festis sacris aut antiquitatibus ecclesiasticis succincte commentati sunt. 1) *Mirabilia habent aurea Legenda* 2) quae his verbis incipiunt

- 1) Vid. ex nostris Ioach HILDEBRANDVS libello *de diebus festis* p. 78. seqq. Iob. Andr. QVENSTEDIVS *de antiquitatibus biblicis et ecclesiasticis* p. 892. Casp. CALVOER *Rituali ecclesiastico* Part. II. p. 336.
- 2) Vtor edit. Norimberg. 1496. quae inscribitur: LOMBARDICA HISTORIA, quae a plerisque AVREA LEGENDA SANCTORVM appellatur. Auctorem, cuius nomen expressum non est, constat fuisse Iacobum de VIRAGINE siue VIRAGGIO vico virginis, Ligurum civitate. Ordinem Praedicatorum (DOMINICANORVM) intrauit A. 1244. inde ex Priore ac Prouinciali Vicarius Generalis ac denique Archiepiscopus ab A. 1292. Ianuens siue Genuensis; defunctus circa A. 1298. vt ait I. A. FABRICIVS *biblioth. latinae mediae et infimae aetatis* Vol. IV. p. 51. seqq. Vulgo dicitur de VORAGNE siue honoris causa, siue per ludibrium aut inscitiam. Conf. Hadr. BAILLET praef. *de historiis Sanctorum eorumque collectionibus*, quam Tom. II. libri I. t. *les Vies des Saints* Paris. 1704 praefixit. Subiecta est Claud. FLEVRY *Hist. E. N. T. eiusque* T. II. 1753. germanice conuersa pag. 598. 599.

unt: *Michaelis Archangeli sacra solennitas dicitur apparitio, dedicatio, victoria, memoria.* 3) Duo posteriora praetermitto; duo priora autem confundi non debent, quoniam duo olim dies festi in honorem Michaelis celebrati sunt, quorum alter appellatur *Festum dedicationis*, alter *Festum adparitionis*. Illud incidit in mensem *Maium*, huic dies *XXIX. Septembris* dicatus fuit. Natales nostri festi descripturus de *VORAGINE*, forte ut fidem faciat fabulae, quinque undique collectas memorat adparitiones *MICHAELIS* vel solius, vel in hierarchiis, quarum aliae nil ad rem faciunt, aliae nil probant. Praecipua, quae festo Michaeli instituendo occasionem dedisse fertur, facta est in *Apulia*, Neapolitana provincia, iuxta civitatem *Sipontum* vel *Sipuntum* 4) qua montem *Garganum* vel potius eius speluncam sibi velut propriam sedem vindicavit. Post aliquod tempus, bello a gentilibus Neapolitanis commoto, *MICHAEL* iterum adparens *Sipontinis* victoriam spondit et concessit; denique ecclesiam ibidem altaribus instructam excitavit, de cuius dedicatione *Sipontini PELAGIVM Papam* consuluerunt, qui eos ad *MICHAELEM* remisit, a quo multa patrata sunt miracula. *Tunc*, inquit *Iacobus de VORAGINE*, *summus Pontifex*, his auditis, hunc diem in honorem *Sancti Michaelis et omnium beatorum Spirituum per totum orbem uniuersaliter statuit celebrandum*. Oedipo est, qui haec conciliet, aut epocham Festi Michaelis inde eruat: Nam α) adparitio in Gargano monte contigit A. 390. β) *PELAGIVS I. Papa*, quodsi hunc sumam, ab A. 555 — 560. fere Ecclesiam Romanam gubernauit. Quantum intervallum! γ) Quodsi pro *PELAGIO* eum plerisque substituam *GELASIVM I.* qui A. 492 — 496. cathedram Romanam tenuit, et festum Michaelis ad A. 493. referam, difficultates minuerentur, non tollerentur. δ) Adparitioni, quae *Romae GREGORIO. P.* facta est, et victoriae *Sipontorum* idem dies solemniter constitutus, ex quibus colligas, haec duo eodem fere tempore contigisse, quod alii pariter adferunt. *GREGORIVS* autem *M. seu I.* cui narratio de adparitione Michaelis repetita variis de causis optime conuenit, ab A. 590 — 604. Episcopatum Romanum sustinuit. ε) Celebratio festi Angelorum uniuersaliter praescripta, quam *Iacobus* habet, inuoluit Papatum a fastigio

3) *Legend. CXL. de Sancto Michaelis.*

4) *Confr. CELLARII Geographia antiqua Tom. I. p. 885.*



stigio prope remotum. Igitur vel serius quam 390. facta et diurnis intervallis intermissis repetita sit necesse est. Adparitio Michaelis in Gargano aut ei institutio festi vniuersalis non potuit esse innexa. Forte hominem credulum fefellit phantasma, et rumor peruasit multiplex varius, qui progrediente tempore coaugmentatus historiae continuatae et cohaerentis induit faciem. Vix fieri potuit, vt insignis adparitionis mentionem praeterierint scriptores ecclesiastici a Saeculo IV. ad IX, quo primus eandem memoriae prodidit ANASTASIVS *Bibliothecarius Romanus*. Nullum huius portentii documentum procul dubio se obtulit *Lud. Ant. MVRATORIO*, Viro antiquitatum callentissimo. Coeteroquin id numquam reticisset, quum alioquin, quae honorem Michaelis augent, et ad Italiam adtingunt, non neglexerit 5), quod ab historico spectatae fidei, multo magis a Mutinensi Praeposito haud alienum fuisset. Aliam memorat de VORAGINE *Michaelis* adparitionem, qua 710. iussus sit Episcopus Abriacensis 6) ecclesiam construere, sicut in monte *Gargano*. Non alio, quod reor, consilio haec adiungitur, quam vt veritas adparitionis in monte *Gargano* factae confirmetur. Sed nugas agit IACOBVS fabulas fabulis regens. Certe non diu vel eximie templum prope *Abrineas* nobilitauit, quum NORMANNI ex patria in *Apuliam* profecti sunt Michaelis Garganici spectacula visuri 7). Oleum igitur perdunt et operam, qui ex ambigua commemoratione festi Michaelis ad saecula varia trahenda primum huius festi originem discere cupiunt. Certiora docere nos possent *breuiaria* GELASII et GREGORII M. quae prima omnium breuiariorum Romanorum perhibentur fuisse, si superessent, aut ipsorum copia nobis daretur. Quae enim IACOBVS insuper addit, eo redeunt, Michaellem etiam

5) *Histor. Ital. Part. IV. p. 118. ad A. C. 550.*

6) Episcopum Abrinearum seu Abriacensem putari, non dubito. Vid. BINGHAMVS *Origin. ecclesiast. Vol. III. p. 543.* FABRICIVS *indice Episcopat. qui adhaeret veritati lucis euangel. p. 2. CELLARIVS l. c. p. 201.*

7) MVRATORIVS *Part. VI. histor. Ital. p. 101.*



etiam Constantinopoli adparuisse, eique aedem sacratam fuisse. Caetera nil probant, quia his omnibus positus nondum ponitur festum Michaelis. Templum Archangeli iam loquitur lex IVSTINIANI Imperat. 530. rogata 8) De loco autem, ubi Basilica prope Constantinopolin constructa est, qui Michaelium vocatur, quod Divinus *Michael* Archangelus ibi adparere creditur, qui recte existimare vult, discernat scriptores et tempora. 9) Ut ista autem se habeant, fallit atque fallitur IACOBUS, quando cum suis narrationibus, quae Saeculum IV. et Vtrum non excedunt, Festum Michaelis universaliter praescriptum coniungit. Loquitur Dominicanus hic more sui acui, quod cuncta ad Papam referre, consueverat. Proprius accedunt ad veritatem, qui illud hic illicue particulariter celebratum et pedetentim magis frequentatum esse credunt. Ante Saeculum IXnum, quo fabula de Michaelis adparitione in monte *Gargano* ab ANASTASIO primum conflata est, vix de eodem cogitari potest. De his MOSHEMIVS agit, *festus*, inquit 10), *Michaelis dies, quem dudum orientales, et Itali magna religione celebraverant inter Latinos frequentior est.* Nul- lum Saeculum eidem convenientius esse deprehenderit, quicumque rerum seriem in Ecclesia christiana gestarum animo secum expendit, quam nonum, idque inclinans. Apulorum superstitio increuerat, ANASTASII publica mentio eandem confirmauerat, nil retinere poterat hos vel illos de festo hoc, etiam sine ulla Papae lege, in- hendo, quod a scriptoribus de officiis diuinis ulterius commendari poterat. Dudum ante illud *Orientalis* et *Italos* id celebrasse, dubium est, et nullo testimonio probatur, certe cum temperamento quodam accipiendum, aut ultra A. 730. quo Latinorum Iconodulia inue- batur, non extendi potest, quam vero Concilium Francofurtanum, a trecentis Episcopis 784. adprobatum, reprimebat, nec vel CAROLI M. dum viueret, auctoritas, nec Episcoporum et successorum existi- matio ulterius progredi poterat. Interim fieri potuit, ut GRE-
GORIVS

8) Cod. de sacrosanctis Ecclesiis (n. 26.)

9) Vid. *Historia Eccl. tripartita* Cap. XVII. XIX. et SOZOMENVS *Hist. Eccl.* L. II. C. III. comp. EYSEBIO de *vita Constantini M.* L. III. Cap. LI. LII.

10) *Institutionum historiae Ecclesiast. antiquior. et recentioris* p. 349.

GREGORIVS VII. Saec. XI. breuiario nouo, quod breuiario Gregorii M. successit, usum uniuersalem huic festo conciliauerit, quam ipse pro sua ambitione omnem adhibuerit diligentiam, licet numquam omni ex parte ab Episcopis impetrauerit, vt eidem omnes liturgiae Ecclesiae Latinae confirmaretur; vt vel sola lis cum Hispanis de liturgia Mozarabica testatum facit. Quod si adsumas, vniuersaliter quidem, sed indirecte tantum et in breuiario, non seorsim et directe festum Michaelis praescriptum est. Nil autem de hoc praescripto habet nouum, quod breuiarium GREGORII VII, immediate exceperit, *Breuiarium Romanum*, quod ex decreto Concilii Tridentini excusum est, 11) licet adparitionem seu fabulam, quae in monte Gargano euenisse dicitur, denuo repetatur et tanquam occasio huius festi indefinite recensetur. Ex hoc interim breuiario discimus, quanta superstitione hoc festum a Pontificiis hodiernum deformatur. Dimisit hanc cum omni alia Romanensium idololatria non immerito Ecclesia ministerio D. LUTHERI repurgata, et diem festum a Pontificio statum, quem libere retinuit, ad pios reuulit vsus, scilicet partim, vt non solius Michaelis sed omnium Angelorum intuitu laudibus precibusque celebraretur Iehova Zebaoth Angelorum Dominus, partim, vt coetus evangelicus de Angelis specialius instruatur. Vtrumque finem accurate complexus est B. LUTHERVS. 12) Es ist vonnöthen, daß wir wissen, was der Engel Amt und Thun sey. Wenn man es nicht weiß, so müssen närrische und ungeschickte Gedanken und Fabeln folgen. Wie wir denn sehen, daß ergangen ist. Denn St. Michaels-Fest ist bisher ein lauter abgöttisch Fest gewesen. So hat man der Fabeln auch nicht gespart, von dem Berge Gargano, den man St. Michaelis-Berg heißet, von St. Michaelis Brief, und was der Lügen mehr ist. Aber darum halten wir das Fest nicht, sondern halten es darum, daß wir erkennen, was sie doch thun und was ihr Werck und Amt sey, dazu sie geordnet sind; und wenn wir das also wissen, darnach anleben und danken auch Gott einmahl darum. Vt aliquid huc conferam, officii ratione id exigente, *de piis cogitationibus ab Angelis bonis cum hominibus communicatis nonnulla ex Sacris literis*

11) Antwerp. 1649.

12) Predigt am Fest Michaelis 1531. habit. Vid. eius opp. edit Halens. Part. X. p. 1233.



litteris exponam. Haud raro istae mihi in mentem venerunt, quoties in sacris pandectis legi, doctores ab Apostolis Spiritus vocari, praefertim a IOHANNE I Epist. IV. 1. *Dilecti, ne omni Spiritui credite, sed probate Spiritus, num ex Deo sint.* Constat, *δογματικῶν* Christianis necessariam aliam esse *doctrinalem*, quae ad dogmatum fidei morumque veritatem et falsitatem; aliam *practicam*, quae statum hominis siue conuertendi, siue conuersi respicit. Non *hanc* 13) sed *illam* h. l. intelligendam esse, apertum est, et praemissa dehortatio: *ne credite* satis comprobatur. Ex quibus verbis inter se coniunctis simul patet, quoin Spirituum probatio generatim consistat, scilicet *negative*, vt non statim quilibet Doctor admittatur, vel ei aures et adensus praecipitanter praebeantur; *positive* vero, vt illius doctrina ad adcuratum examen reuocetur, secundum verbum Dei, doctrinam Christi, et euangelium, v. 2. *utrum ex Deo sit*, seu diuinitus instructus et missus. Constat, quanto fervore, inclinante Saeculo XVII, nonnulli in Belgio foederato *van der WEYEN* et *ROELLIUS*, quibus se adiunxit *HVLSTIUS* disputarunt, diuinam scripturae auctoritatem seu originem non aliunde quam ex ratione adstrui posse. 14) *Mirror*, abuti *HVLSTIUM* examine Spirituum laudato. Iam ad *δογματικῶν* spirituum vsus rationis requiritur, sed illuminatae organicus. Quis autem inde inferet, ipsam Scripturae auctoritatem, non alio fundamento, quam quod ex ratione prouenit, superstructam esse 15) Spiritus nonnulli abstractiue interpretantur de doctrina quoin non peccant quoad rem, quum Spiritus ratione doctrinae probandi sint; sed non exprimunt vocem, quae hic sicut in sequentibus, conerctiue accipienda est, ita ut doctorem significet. Distinguuntur hi Spiritus in bonos et malos, Spiritus Dei et Antichristi v. 3. ex Deo et mundo, v. 4. 5. veritatis et erroris v. 6. h. e. Doctores recte et perverse sentientes. Per *πνεύματα* Doctores imprimis intelligi, quatenus hinc
a Spi-

13) Confr. D. *BVDDEVS Institut. Theol. mor. Part. I. Lib. II. Cap. IV. p. 295. sqq.*

14) Confr. Professorum Theol. Lugdunens. iudicium ecclesiast. de opinionibus *ROELLII* 1723. Cap. I. pag. I sqq.

15) Vid. D. *BVDDEVS* institut. theol. Dogmaticae Libr. I. Cap. II. pag. 115.



a Spiritu veritatis, hinc a Spiritu mendacii agi se patiuntur, ab interpretibus ostensum est, monente WOLFFIO. 16) Altius adscendit D. Sebast. SCHMIDIUS 17) ratus, spiritus reuelantes et homines ad docendum impellentes, seu bonos seu malos, per πνεύματα hic describi, ita vt juxta Spiritus, qui probandi sunt, Doctores, eorumque doctrinas diiudicare teneamur. *Non incommoda est*, inquit D. DEYLING 18) *haec expositio, nec a stylo Scripturae aliena.* Siue autem immediate siue mediate Spiritus boni et mali hic designantur, alias vix explicari aut ratio reddi potest, cur Ecclesiae Doctores Spiritus vocentur, nisi Spiritus boni vel mali intelligantur. Optime id perspexit Aeg. HVNNIVS. 19) „Spirituum nomine hic Doctores intelliguntur. Dicuntur autem Spiritus, quia motu quodam plus quam humano tradunt, quae tradunt, acti videlicet ab alterutro Spiritu, vel bono vel malo. Et bono quidem Doctores veri ad proponendam doctrinam sacram. A malo autem Doctores falsi ad ferenda et defendenda peruersa dogmata., 20) Quibus suppositis, ex hoc dicto suggestiones tam bonorum, quam malorum angelorum haud aegre deducere possem; sed quia Angelorum expressa non fit mentio prouoco ad 2Cor. XI. 14. vbi verba sequentem in modum fluunt: *αὐτός γὰρ ὁ Σατανᾶς μεταχρηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός.* Ipse enim Satanas se transformat in Angelum lucis. Voces καὶ οὐ σαυμασὸν comma 14. cum sequenti 15. per argumentationem a majori ad minus combinant, quam his verbis declarat D. Io. CLYVERVS, 20*): Si Satanas omnium pessimus mentiri se potest angelum lucis, multo facilius illi, qui sunt minus mali, transfigurabunt se in ministros iustitiae, quum occulte habeant venenum fraudis et iniustitiae. Coeperat, vt ait SCHOMERVS 21) veram

16) Curis philolog. et crit. N. T. ad. h. l.

17) Comment. in Epist. Iohannis ad h. l.

18) Observatt. sacris Part. III. p. 347.

19) *Theſauro Apeſt.* ad h. l.

20) Adprobatur et laudatur haec explicatio a D. CALOVIO bibl. illustr. ad h. l.

20*) *Orthotomia apostolica, Lips. 1643.*

21) Exegeſi in Pauli epiſtolas ad h. l.



veram sui gloriam vindicare Apostolus contra gloriationem quorundam aduenarum, qui sibi auctoritatem conciliare studebant, et inde insidias struebant Ecclesiae Corinthiacae, ut patet ex vers. 12. Cap. super. et contra illos obseruauerat v. ult. eiusd. Cap. quod nemo a sui ipsius commendatione proberetur. Interim tamen hoc argumentum ulterius urgendum esse putat. Descendit iam ad Pseudo-Apostolos, quorum criminationes repellit, characteres aperit, ut ab illis Corinthios auocet, eosque non a bono sed malo spiritu impelli, docet comm. 13-15. Manifestum est, sunt verba ZENTGRAVIE 22) quod Apostolus in Pseudo-Apostolos inuectus, quam versipelle hoc genus hominum sit, monere intendat, cum, quo minus cautis et qui fallendi artes parum intelligunt imponant, personam Apostolorum Christi adsumere non dubitant. Et paucis interiectis. Munire ergo aduersus Pseudo-Apostolorum callidam et veteratoriam seductionem fideles Corinthios intendit Apostolus, ne illorum pietatis larua, ut illos audiant, decipiantur; et admonitionis suae hanc rationem reddit, quod ipse etiam Diabolus, qui in illis efficax est, hac arte, in angelum lucis se transfigurans, tali larua fideles deceptum ear. Unde subiicit v. 15. οὐ μέγα οὖν, εἰ καὶ οἱ δικάζοντι αὐτοῦ Satanae scilicet μετ' αὐτοῦ ἰσχυροῦσιν ὡς δῆκονοι δικαιοσύνης non magnum est igitur, si etiam ministri (illi ψευδοῦσολοὶ ἐργάζοντο δόλιοι, de quibus v. 13.) illius se transformant, quasi (essent) ministri iustitiae. Tria potissimum vitia Pseudo-Apostolorum enumerat et illis obicit Paulus; 1) Ambitionem, sibi namque arrogabant titulum Apostolorum Christi, quum tales non essent; 2) Fraudem seu rethnas periculosas, quia operarii erant dolosi, spargentes dogmata falsa, nec non et schismata nonnulla excitantes in Ecclesia; 3) Hypocrisis foedissimam, qua se bonos simulabant spiritus, doctores euangelii, siue, ut Paulus ait, Apostolos Christi et ministros iustitiae 23). Undenam haec profligata malitia, haec flagitia turpissima? Deus huius saeculi iis non solum excoecauit sensus, ut non splendeat illis illuminatio euangelii gloriae Christi 2 Cor. IV. 4. quum

22) Pecul. Diss. de Satana in Angelum lucis transformato, quae AVCTARI ad Disqu. de lapsu TERTULLIANI ad Montanistas Arg. 1706. prima est. §. VII. p. 5.

23) Vid. BRANDMUELLERVS in *Analyse typica Epistolarum Apostolicarum*, Basil. 1622, p. 19.

(quum et ipse tenebrarum pater atque princeps his profundissime immerfus sit vitis) sed etiam in illis nunc operabatur tanquam filiis incredulitatis Eph. II. 4. eos continuo incitans suoque subiiciens imperio. Ipsi vicissim dominio et impulsibus eius tam promte obsequabantur, ut eorum mores ipsi mores diaboli essent, et de iis dici posset, quod Phariseis Christus exprobat: *Vos ex patre Diabolo estis et desideria Patris vestri facitis* Ioh. VIII. 44. Quod ut plenius perspicatur, tam Satanus eiusque transformatio in angelum lucis breuiter describi debet. Satanus est nomen hebraeum et generatim denotat *aduersarium*, quo sensu Diabolus a Petro I Epist. V. 8. *αἰτίους* vocatur, aduersatur enim Deo, hominibus, omnique bono. Facit huc ipsa radix שָׂטָן tam de Diabolo, quam hominibus usurpata 24). Sicut hac de causa Petrus a Seruatore hoc adpellatur nomine Matth. XVI. 23. *Abscede a me, Satana, offendiculo es mihi, nam non sapis, quae Dei, sed quae hominum.* Malo hanc deriuationem admittere, ac ad illam huius vocis etymologiam confugere, quam quidam viri coeteroquin docti, auctoritate IUSTINI M. 25) aliorumque Ecclesiae Patrum nixi suppeditarunt, quasi ex *Sata*, quod Syris Apostatam et desertorem significat, et *Nas*, serpentem innuente, sit compositum. Consentunt, ut quisque animaduertit, iidem, qui a radice שָׂטָן declinavit (curni אֲשָׁטָן, quod eundem admittit sensum?) formatam esse vocem contendunt. At his diserte repugnat locus Zach. III. 1. vbi Propheta vidit *Satanam stantem ad dextram Iosuae, ut aduersaretur ei.* Vndecunque vero nomen deriuetur, Satanae vestigiis insistebant Pseudo-Apostoli Apostolorum Christi mores, nomen, sanctimoniam etc. praeseferentes, prout particula *ταῦτα* cum pronomine demonstratiuo *αὐτῶν* copulata ostendit. Antiquorum et recentiorum historia testatur, ab his moribus haereticos numquam alienos fuisse. Qua de causa CYPRIANVS 25), Ecclesiae Carthaginensis sub Saec. III. initium Episcopus celeberrimus, locum nostrum ad haereticos sui temporis adplicat, qui cum

24) Vid. STOCKIUS *Clavi linguae S. V. T.* p. 1162. voce שָׂטָן

25) Dialogo cum Tryphone f. m. 331.

25) de simplicitate Praelat. f. m. 163.



cum euangelio Christi et cum obseruatione eius et legē non stantes, Christianos se vocant et ambulantes in tenebris, habere se lumen existimant, blandiente Aduersario atque fallente, qui secundum Apostoli vocem transfiguratur se velut angelum lucis et ministros subornat suos, velut ministros iustitiæ, adferentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub praetextu fidei, Antichristum sub vocabulo Christi, vt dum verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate frustentur., Eadem ratione pronuntiat IRENÆVS de VALENTINIANIS, SIMONIANIS, atque IULIANO *Apostata* et aliis. Mirum hoc non esse iniquiens Apostolus dat rationem, particula γὰρ insinuatam, probatque, αὐτός γάρ ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός ipse enim *Satanas transfiguratur in Angelum lucis.* Duo haec verba inuoluunt 1) Pseudo-Apostolos ad nutum Diaboli se componere, 2) Satanam aliam induere formam, scilicet Angelorum lucis. Ex quibus suggestionem Angelorum tam bonorum, quam malorum iure meritoque colligo. Pseudo-Apostolos Satanæ ministros esse et ad huius nutum atque voluntatem actiones componere ex hoc dicto per se patet, si vocem αὐτός cum praecedentibus et sequentibus compares. Illustrabo id testimonio Pauli, quod hanc meam explicationem confirmat. Ἦμας, inquit Eph. II. 2. περιπατήσατε - - - κατὰ τὸν ἀρχαῖον τῆς ἐξουσίας τοῦ αἵματος, τοῦ πνεύματος, τοῦ νῦν ενεργούντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. *Ambulastis — secundum principem potestatis aëris huius spiritus, qui nunc operatur in filios nequitiae.* Per filios nequitiae falsos intelligi Apostolos, non tantum exinde colligi potest, quia eundem Spiritum adpellat, qui nūc operatur in illos; sed etiam ex eo, quod Ephesios admonet, ne seduci se sinant ab illis *inanibus verbis, propter quae ira Dei veniat super hos filios diffidentiae,* et addit: *nolite ergo effici participes eorum.* Cap. V. 6. 7. coll. Cap. VI. II. 12. Idem confirmant exempla, quae Sacer Codex suppeditat. Vt vnum alterumue in medium proferam, Micha vidit (1 Reg. XXII. 19. 22.) Dominum sedentem super folium suum, et omnem exercitum coeli adstantem ei a dextris et a sinistris. Et ait Dominus: *Quis decipiet Achabum regem Israël, vt adscendat et cadat in Ramoth-Gilead — — — Egressus est autem Spiritus et ait: ego decipiam illum, Cui loquutus est Dominus: In quo? Dixit; Egre-*
diar

diar et ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum tuorum, qui hic sunt. Ex quibus verbis clarissime patet, Angelum malum, qui Spiritus malus in Pseudo-Prophetarum ore fuit, eosdem animasse et, quae praedixerunt falsa, iis inspirasse. Pertinet huc *schola Satanae* 1 Tim. IV. 1 Apoc. II. 9; Diabolus, qui dicitur *immisisse in cor Iudae* ut Christum proderet Ioh. XIII. 2; Satanus, qui *Ananias cor implevit*, ut Sp. S. mentiretur Act. V. 3. Elymas Magus *Satanae filius* Act. XIII. 9. ut alia taceam. Ex quibus omnibus recte concluditur, Satanam in cordibus impiorum operari, iisque suggerere, quae cogitant, quae faciunt, quae moluntur. Referri huc etiam possunt verba Pauli 2 Cor. II. 11. — — — — *ut non circumueniamur a Satana*, non enim ignoramus *νοήματα* eius i. e. machinationes, nefanda consilia, cogitationes vafrae, et ad fallendum compositas, ut vertit LEIGHIUS. 26) Pios non minus quam impios suis tentare suggestionibus, in confesso est. Hanc enim ob rem se transfiguratur in Angelum lucis, ut eo facilius eos decipiat atque perdat. Docet id verbum Dei, docet prob! quotidiana experientia. Impii iis cedunt semper; pii autem, qua tales, tentationes diabolicas repellunt fide resistentes 1 Petr. V. 8. Diabolum fugantes Iac. IV. 7. tela malitiosi ignita extinguentes fidei scuto Eph. VI. 16. Nonnumquam ab ipso opprimuntur, vigilantiae necessariae immemores, vti David 1 Chron. XXI. 1. 2. stetit Satan contra Israëlem, ideoque incitavit Dauidem, ut numeraret Israëlem, De Petro ipse pronunciat Iesus Luc. XXII. 31. *Ecce Satanas expostulavit vos, ut cribraret vos sicut triticum*, quae verba de suggestionibus et perturbationibus animae internis explicat b. Io. FECHTIUS 27) et addit: Petrum, quem Matth. XVI. 17. beatum praedicauerat Christus, mox v. 33. Satanam vocat, quod parcere sibi Dominum iusserit, ne morte mulsetur, quasi haec verba non Petrus, sed Satanas eloquutus fuerit. Num *σκολοι* Pauli 2 Cor. XII. 7. in diabolicis tentationibus constiterit, an aliis malis siue externis siue internis, 28) disquirere non vacat. Lubens sub-

26) Critica Sacra N. T.

27) Disp. de suggestionibus Satanae 1706. §. V. p. 14.

28) Vid. M. Christoph. HEINSIUS peculiari Dissert. de pala Pauli. Viteb. 1697. rec. 1749.



subscribo verbis DANHAVERI. 29) „Deus nouit, *inquietis*, nil
 „nisi coniectura nobis relicta, quae ducit ad palum, quo per poste-
 „riorem corporis partem immissum, olim cruciati sunt supplicium
 „promeriti: ad palum exquisitè cruciantem, oppositum factui, qui
 „ex reuelationum excellentia nasci poterat, vt tantum demerer de
 „superbia, quantum addere potuisset magnitudo donorum: ad palum
 „continuo cruciantem, quem deprecari non poterat: ad palum pro-
 „brosam, qui ei inculceret ruborem, quem alias colaphi in corpore:
 „ad palum Satanicum, qui est ipse angelus Satan. Is palus est, eius
 „opera sunt colaphi. Etenim quod Paulus tropice dixit in voce
 „*σκόλοπος*, id illico exponit proprie de Satana. Denique ad palum
 „medicinalem, debuit nempe hic per accidens Satana fieri Medicus.“
 Peculiaris exstat de verbis Matth. XII. 44. sententia D. CHEMNITII;
 30) *Revertitur Diabolus in domum scopis mandatam* i. e. cor iustifi-
 catum a peccatis, et ornatum i. e. cor sanctificatum. Quae si non
 omnibus adproberetur, dubitare tamen nequit, qui superiora secum
 expendet, a Diabolicis tentationibus et suggestionibus pios haud esse
 immunes. Pedem iam promoueo ad explicandum, quantum fieri potest,
 (generatim vero tantum de eo differere licebit,) modum, quo sugge-
 stionibus suis hominibus insidiatur, et si possibile, regentos seducere
 conatur ille Cacodaemon. Petrus sobrietatem maxime commendat ob
 haec Satanae machinationes, *περιπατεῖ*, inquit I Epist. V. 8.
ζητῶν τίνα κολαπήν obambulat, auide quaerens, quem deglutiat
 i. e. in peccata praecipitatum perdat, vt aeternum in inferno subeat
 exitium. Non enim dubitandum, ad sensus externos et internos,
 ad appetitus, quinimo ipsas animae rationalis facultates, intellectum
 et voluntatem, adire posse Spiritum malum. In memoriam hominis
 quid valere Diabolum, ex Matth. XIII. 19. liquet. Entia intelligentia
 suas cogitationes cum aliis spiritibus siue entibus intelligentibus
 communicare posse, eo minus dubitandum, quo plura de angelorum
 loquela testentur loca Scripturae. Sic *γλῶσσαι τῶν ἀγγέλων*
linguae Angelorum expresse nominantur I Cor. XIII. 1, Paulus in
 ecclasi

29) *Dram. Sacr. Aët. I. Phoen. 3.*

30) *Loc. Theol. p. 136.*

ecstasi verba audiuit ineffabilia 2 Cor. XII. 4. Caetera, vt Zaeh. I. 12. II. 2. III. 4. Apoc. VII. 2. II. 12. mitto, Vestrae relinquens meditationi. Nec ipsa ratio sibi relicta id negat, quin potius adfert cognoscat possibilitatem. Fidem faciat HEBENSTREITIVS. 31) Sicut, inquit, Angeli intellectu praediti sunt, ita etiam facultate pollent, suos conceptus et cogitationes interiores cum altero communicandi, quod vulgo adpellatur loqui — — — id inde quoque manifestum est, quod societatem inter se seruent etc. Faciamus iam adplicationem ad animam humanam, quae Spiritus est, nec vllus negabit, Angelos suas conceptas meditationes cum anima humana communicare posse. Audiamus S. R. D. Eberh. Dav. HAVBERVM 32) ita ratiocinantem: Es sind so viele tausend und unzählige körperliche Geschöpfe in der Welt, es können eben so viel und noch viel tausendmal mehr unkörperliche und Geister seyn. Wenn nun diese alle ein jeder nur für sich denken, und sie nicht unter einander Gemeinschaft haben, und ihre Gedanken einander mittheilen könnten, was würde solches für eine todte Welt seyn; und ein ieglicher solcher Geist würde meinen, daß er nur allein in der Welt sey. In sequentibus iam a Deo, Spiritu infinito, ad spiritus concludit finitos. Interim tamen, quamuis Angelorum operationes in homine ipsa doceat Scriptura, et de suggestio-ribus saranicis pii habeant, quod conquaerant, est et manet inexplicabilis operandi modus et manebit, quamdiu Spirituum natura mysteriis erit adnumeranda. Dantur in ipsa visibili natura mysteria, num ergo miram, et hoc esse supra rationis nostrae captum. Recte cum L. Chrisk. WOLFFIO 33) Ideam materialem adpellabis morum ab obiecto sensibili organo impressum et inde ad cerebrum propagatum, vel ex illo in cerebro enatum; aquam tamen cribro hauries, si explicare conaris, qua ratione motus iste in anima obiecti imaginem producat. Sic clar. Iacobus CARPOVIUS 34) ex hypothesi eaque incerta illustrare et declarare studet, qua ratione Angeli in corpora agent

31) *Philosoph.* prima pag. II 32.

32) Vid. Ej. Gedanken von den geistlichen Ansehungem und insonderheit den bösen Gedanken p. 31.

33) *Psychologia rationali* Sect. I. Cap. II. §. II 2. p. 88.

34) *Theologia reuelata dogmatica* Part. I. §. II 49. Sch. I. 2.



agant, modum possibilem ex corporibus eorum subtilioribus deriuans; quo ipso testatur, modum, quo Spiritus corpora moueat, esse inexplicabilem. Modus etiam, quo anima nostra corpus suum mouet, itidem nobis cognitus non est, nec tamen ideo quis temere id negauerit. Plus quam decet, vt *Io. Franc. BVDDEI* 35) verba mea faciam, sibi ipsi tribuunt, qui naturam Spiritus adeo sibi exploratam intimeque perspectam credunt, vt fidenter pronunciare audeant, spiritum non posse agere in corpus. At si paullo modestius de intellectus sui limitibus sentirent, rectius etiam saperent et praecipitia, in quae ruunt, facile euitarent. Ergo neganda Angelorum in corpora agendi potentia? Minime! A nostra enim ignorantia ad rei negationem N. V. C. Nec ipsi Theologi negant nostram Angelorum suggestionem. Provoco ad BVDDEVM 36) qui: „Est quoque in Angelis potentia, aliorum Spirituum cogitationes certo modo adficiendi, adeo vt in illis cogitationes iis, quas ipsi habent, similes existant; quam cogitationum communicationem admodum improprie *loquelam angelorum* vocare solent. Neque tantum hac ratione cum aliis angelis suas communicare cogitationes possunt, sed et cum mentibus hominum; quamquam horum etiam mouere queant imaginationem, et hac ratione cogitationes in iis excitare. Modus autem huius communicationis nobis plane ignotus est: quemadmodum nec id constat, quousque haec potentia pateat; itemque, an et qua ratione ab hominibus praefertim impediri queant.„ Cogitarunt quidam viri eruditi de nomine et termino, quo modum operandi Angelorum in animam humanam declarent. Vsi sunt ex parte voce approximationis, qua Theologi vnionem fidelium mysticam cum Spiritu S. explicare cupiunt. 37) In accommodatione ad Angelorum operationes hanc

35) Institut. Theol. dogmat. Libr. II. Cap. II. §. 20. Schol.*

36) l. c. §. 27. p. 378.

37) Caue ne confundas approximationem Spiritus S. cum approximatione Angelorum. De hac, non de illa, loquor. Per illam enim intelligitur substantialis accessus siue inhabitatio intima essentiae diuinae in piis. Agit *b. Io. RECHTIGVS* peculiari Disp. *de approximatione Spiritus S. substantiali*, Rost. 1709. in qua hanc dirimit quaestionem: „An, quando vel nouum donum, vel nouum doni „augmen-

hanc huius vocis suppeditat explicationem Ge. DETHARDING 38)
Parens meus *ὡς ἐν αἰθέρι*: Approximatio hic imprimis notat modum
 accessionis entis intelligentis siue Spiritus ad aliud ens intelligens,
 et speciatim Angeli (siue boni siue mali) ad animam humanam, quo
 huic substantiae praesentia intimius coniungitur, ut ex hac coniunctione
 operationes speciales fluant. In sequentibus tria potissimum euincit,
 animam scilicet humanam admittere approximationem alius entis
 intelligentis, 1) quoad huius operationes, 2) substantiam, et 3)
 informationem. Luculentius vero mentem suam alio loco 39)
 exponit. De qua loquor approximatione, *inquit*, haec est, quae ad
 omnes homines attinet, ex qua intimior est inter Angelos et animam
 hominis familiaritas, ex hac familiaritate intimior accessus animam
 sollicitandi, ita ut ad hanc sollicitationem Anima de agendis vel omit-

„augmentum fidelibus Sp. S. donis iam ante dotatis communica-
 „tur, ipsa simul Sp. S. essentia nouo quodam accedat modo; an
 „essentia iam inhabitante, permanente, nouum tantum communi-
 „cetur donum sine peculiari essentiae approximatione, commu-
 „nicatum vero de nouo fidelibus donum peculiari ratione adfit?“
 Definitionem approximationis his exprimit verbis: *Approximatio*
Sp. S. substantialis est accessio propriae substantiae Sp. S. ad substan-
tiam fidelis, ut donis eandem non tantum perfundat, sed et substan-
tiae praesentia homini intimius coniungatur. Ratione modi ita
 mentem suam exponit BVDDVS *Institut. Theol. dogm. Libr. IV.*
*Cap. V. §. XV. Schol. *** p. 1018.* „Ad modum huius vnionis
 „quod attinet, eam nec essentialem seu naturalem esse, qualis est
 „inter animam et corpus humanum; nec personalem, seu hypo-
 „tasticam, qualis est inter diuinam humanamque naturam in Chri-
 „sto; omnes consentiunt. De eo saltem inter nostrates quae-
 „ritur, num etiam in hac vnione noua substantiae diuinae ad
 „homines credentes approximatio? Mihi sufficere videtur, si duo
 „caute hic euitemus extrema; quorum alterum illorum est, qui
 „vnionem hanc nimis extenuant - - alterum illorum, qui eam
 „nimis exaggerant et tantum non hominem in Deum mutant.

38) Disp. de obsessioe, eaque spuria Membr. I. Defin. 4.

39) Progr. Fest. Mich 1723. de Approximatione Angelorum cordi
 habenda p. 3. 4.



tendis, immo et de non credendis statuat ac decernat. Talem sollicitationem Germani vocant *zureden*, *einreden*; nostrates, in sensu tamen ut plurimum malo, *anschünden*, *toblasen*; et hos, qui facile obsequuntur hortatibus istis malis, *Schündel*; *Kinder*. Non iam opus erit ad corpúscula spirituum confugere, quum ex supra adductis satis superque constet, Spiritum Spiritui adesse posse et per approximationem vere adesse. Nil ergo superest ac ostendere, quod de bonis angelis idem valeat, quod de malis probauimus. Tacite Paulum id concedere, quando dicit: *Satanam se transformare in Angelum lucis*, per se patet. Verbum *μεταχημαλίζειν* non certum quemdam *μεταχηματισμόν* nec definitam quamdam conuersionem ex vna in aliam figuram, formam et speciem eiusque certum quemdam et determinatum modum ex vi vocis praecise significat; sed eius significatio tam late patet, ut ad diuersas transfigurationes adhiberi possit — — — — adsumtis boni Angeli moribus, dictis, factis, persona, et specie externa, nulla quoad ipsius substantiam et qualitates facta immutatione. Er bleibt der alte böse Feind. Iudice ZENTGRAVIO 40) Non iam ulterius pergam in huius vocis explicatione, L. B. ad SVICERVM 44) ablegans. Breuibus quoque me expedire possum expositione vocis *τοῦ ἀγγέλου Φωτός*, quum oppositio inter Satanam et angelum lucis perspicue ostendat, angelum bonum putari, siue quemdam ex iis, qui alias electi aut sancti vocantur. Cur autem lucis Angelus dicatur, facile intelligitur. Lux enim, quantum huc spectat, symbolum est tam sanctitatis, qua ratione *Deus* I Ioh. II. 5. *dicitur lux*; *habitat in luce inaccessa*, I Tim. VI. 6. *et lumine sicut vestimento indutus est* Pl. CIV. 2. quam felicitatis v. gr. Pl. CXII. 4. *Micat in tenebris lux iustorum*. Haec quum respiciamus, Angeli lucis dicuntur ob sanctitatem pariter ac felicitatem, qua gaudent Angeli boni. Pertinent huc corpora eorum lucida, quibus hominibus interdum adparuerunt v. g. Matth. XXVIII. 3. sed mitto, quum de apparitionibus eorum non agam. Sufficit mihi, lucem esse symbolum

40) I. c. §. XII. p. IO. II.

41) *Tbesauro Eccl.* Tom. II. ad vocem *μεταχημαλίζω* pag. 365.

bolum sanctitatis. Nonne ergo, quum in natura luce nil purius sit, puritas essentiae et adtributorum hoc nomine insigniri, erit probabile? Ita GREGORIVS NAZIANZENVS 42) Θεὸς μὲν ἰστὶ Φῶς, τὸ ἀκρότατον, καὶ ἀπρόσιτον, καὶ ἀρρήτον. Φῶς δὲ λέγω, τὸ ἐν πατρὶ, υἱῶ, καὶ ἀγίῳ πνεύματι θεωρούμενον. Δευτερον γὰρ Φῶς ἄγγελος, τοῦ πρώτου Φωτὸς ἀπορρήτης ἢ μεσουσία, τῆ πρὸς αὐτὸν νεύσει καὶ ὑπουργία τὸν Φωτισμὸν ἔχουσα. Deus lumen est subtilissimum, inaccessible, ac ineffabile; lumen, inquam, quod in Patre, Filio et Spiritu S. contemplabile. Secundum lumen Angelus est, primi illius luminis defluxus quidam ac dependentia, cuius intuitu et ministerio splendorem obtinet. De varia huius vocis significatione omnino consulendus est Matth. FLACIVS 43). Mea quidem ex sententia Angeli lucis dicuntur in opposiutione ad Angelos tenebrarum, quum illi in bono perstiterint, et luce diuinæ imaginis splendeant. Ita etiam pii atque regeniti Lux, et filii lucis Eph. V. 8. 9. audiunt, quia imago diuina in illis instaurata est Cap. IV. 23. 24. coll. 2 Cor. III. 18. Plura non addo. Sufficit mihi ostendisse, per lucis angelos eos intelligi, qui in bono confirmati, in eorum mittuntur ministerium, qui beatitudinem æternam sunt haereditaturi. Angelos bonos ergo imitantur et in eos transformantur Cacodaemones, i. e. vt ex AVGVSTINO 44) probat FECHTIVS 45) bonorum Angelorum zelum et vultum inducunt, et verba et effectus simulant. Non quidem opus erit recurrere ad apparitiones Diabolorum sub schemate bonorum Angelorum, quippe quae multis dubiis expositae sunt. Enarrat Thomas AQUINAS 46) varias transfigurationes visibiliter factas, quarum fides sit penes Auctorem eas referentem. Adfert simul criteria, quibus

42) Oras. in S. baptisma f. 238. confer. SVICERVS I. c. voce Φῶς Col. 1483.

43) Clavi Scripturae S. Tom. I. Basil. 1567. ad vocem Lux. Col. 790. 199.

44) De ciuitate Dei Libr. II. Cap. XXVI.

45) I. c. §. X. p. 37.

46) Comment. in omnes Pauli epistolas. Lugd. 1689, ad h. l. p. 356. 357.



quibus a malis Angelis discerni possint boni. De his nec loquitur Apostolus, sed de falsis cogitationibus, quibus ducti Pseudo-Apostoli fallunt atque falluntur. Nunc iam intelligitur, quodnam bonis Angelis incumbat officium, et qua ratione eidem satisfaciant, suggerendo scilicet hominibus bonas meditationes et pias cogitationes. Deducit id jam ante laudatus HAVBERVS 47) ex Ebr. I. 14. sequentem in modum: Da sie ausgesendet sind zu dem Dienst der Menschen und die die Seeligkeit ererben sollen, Ebr. I. 14. also können sie solches Amt und Dienst nicht füglich verwalten, wo sie uns nicht ihre Gedanken beybringen und in uns gewisse Gedanken erwecken könnten. Denn ohne Zweifel hat ihnen Gott nicht nur unsere irdische Leiber als gläserne und porcelläne Gefässe anvertrauet solche zu bewahren, daß sie nicht zerbrochen werden, sondern er hat ihnen auch fürnemlich unsere Geister in acht zu nehmen, und als sorgfältige Hofmeister zu unterrichten anbefohlen, welche ohne solche Mittheilung ihrer Gedanken in unsere Seelen nicht wohl geschehen kann. Adiangs huic superiori anno defunctum b. Io. Christoph. STRODTMANNVM 48) de operationibus angelorum bonorum ex ratione et Scriptura distincte commentantem. Pauca eius verba huc transferibam: Man ist nicht einig, wie viel den Engeln im Gnaden-Geschäfte könne zugestanden werden. Die verschiedenen Sätze der Gottesgelehrten bringet der Hochlehrwürdige Herr D. KOECHER in seiner Inaugural-Disp. 49) vor. Die Scholastiker glaubten, die Menschen würden von den Engeln erleuchtet, ja es würden ihnen von denselben auch unbekante Wahrheiten offenbahret, um sie vollkommen zur Heerlichkeit zu machen. Sie bedachten nicht, daß die Schrift schon hinlänglich zur Seeligkeit ist, und der Canon schon geschlossen worden. Der seel. Luther sagt, die heiligen Engel reizen den Menschen zu gute Gedanken, wenn ihn der Teufel bestürmet. Gerhard gebet noch weiter. Nach seinem Urtheil gibt Gottes Engel dem Sterblichen oft innerliche gute

47) l. c. p. 33. §. 5.

48) Versuch von den Wirkungen der guten Engel. Wolfenb. 1744. Pars II. 1747.

49) De bonis angelis doctorum Theologiae titulo vere ac falso ornatit.



Gedanken ein, Buße zu thun. Endlich ZANCHIVS nennet sie so gar Mitgehülffen des heiligen Geistes, oder cooperatores, qui excitent verbi diuini phantasmata. Andere hingegen wollen den guten Engeln in Gnaden-Geschäfte nicht viel zugestehen. Omnino huic pertinent verba *Sebast. SCHMIDII* 50) ab iplo adducta: Hominibus qua ratione ministrent (angeli) suauiori imagine exprimi vix potuisse existimamus, quam ea, quae instructura tabernaculi Mosaiici nobis est proposita. Testa est arca propitiatorio. Super propitiatorio Cherubim positi propitiatorium tegebant. Super Cherubim Iehova Deus Zebaoth sedebat atque habitabat. Propitiatorium Iesus Christus est, mundi vniuersi potentissimus Saluator. — Hoc propitiatorium angelico tegumento et protectione opus habuit? non sane: — quare significata est angelica, quam nobis, qui per propitiatorium Deo reconciliati sumus, praestant, custodia. Iesus propitiator noster sic nos reconciliauit Deo patri suo, vt Pater reconciliatus nobis angelicam assignauerit protectionem: rel. Deducit iam auctor modo laudatus operationem Angelorum bonorum in regno gratiae ex Zach. III. 3. 4. quo successu, iudicent alii ex verbis, quae huic transferibam: Aus dem Propheten Zacharias scheint zu folgen, daß die Engel nicht ganz und gar von der Bearbeitung der Besserung des Menschen können ausgeschlossen werden. Josua hatte unreine Kleider an, und stund vor dem Engel (nemlich dem unerschaffenen, das ist Christus) welcher antwortete zu denen, die vor ihm stunden: Thut die unreinen Kleider von ihm. Und er sprach zu ihm: Siehe ich habe deine Sünde von dir genommen, und habe dich mit Feiert-Kleidern angezogen. Die Ausleger gestehen, daß hier von der Rechtfertigung die Rede sey, auch, daß durch diejenigen, die vor dem unerschaffenen Engel stunden, die heiligen Engel müssen gemeinet werden. 51) Wenn dieses ist, so erhellet aus diesem Orte offenbar, daß dieselben als Diener oder caussae ministeriales von Gott zur Sinnesänderung des Menschen gebraucht werden, so wie

50) *Diatr. de Cherubim et Seraphim principatibus, thronis, dominatibus, totoque angelorum choro et ordine.* p. 157.

51) TARNO VII. *Comment. in Proph. minores* Tom. II. p. 87.


wie Gott zu dem Ende Lehrer und Prediger verordnet hat, u. s. w.
 Descendit iam Cap. V. ad operationes bonorum Angelorum internas
 in regno naturae, ad eos referens, 1) *omina* siue praelagia. 2)
Reuelationes quasdam futurorum contingentium. 3) *somnia*, quae
 communissime in *diuina*, *diabolica* et *naturalia* dispeSCI solent,
 quibus tamen quartam speciem *angelica* addit,


Non vacat, *Ciues Honoratissimi*. iis diutius immorari,
 nec opus erit, siquidem ex allatis quemlibet intelligere reor, Angelos
 bonos bonas nobis suggerere meditationes, sicut mali malas. Optime
 tamen vosmet ipsi intelligetis, magnam adhibendam esse prudentiam,
 vt suggestiones bonorum Angelorum a suggestionibus malorum
 discernantur. Nam et hi transfigurare se possunt in Angelos lucis.
 Dantur quoque suggestiones carnis, quas cum diabolicis miscere
 non decet, vt culpam a se homo amoliat. Quid *Vestri* sit officii
 respectu Angelorum, haud ignoratis, quum festi in Ecclesiam nostram
 recepti rationes iam enarrauerim. Agite Deo gratias pro tutela,
 quam per ministerium Angelorum vobis promisit. Viuite digni
 euangelio, quo vocati estis, quo Angelorum bonorum communione
 possitis gaudere. Resistite *Cacodaemoni*, vt fugiat a Vobis. Resistite
 carni, eamque crucifigite. Absit omnis superstitio ab hoc festo.
 Cuncta ad gloriam diuinam referri debent, tum in bonis cogitationibus
 tum in piis factis, *vt voluntas Dei fiat sicut in coelis, sic et in terra.*

P. P.

SVB SIGILLO RECTORALI ACADEMICO
 IPSO MICHAELIS FESTO
 c1o1occlix,







62

48. 6. 87
A. B.



quibus a malis
Apostolus, sed
stoli fallunt atque
Angélis incumb
gerendo scilicet
Deducit id jam
quentem in mo
Menschen und
nen sie solches
nicht ihre Ged
wecken könnten,
sere irdische Le
solche zu bewah
ihnen auch für
sorgfältige Ho
che Mittheilun
geschehen kann.
Christoph. STR
rum bonorum
Pauca eius verb
Engeln im G
verschiedenen E
Herr D. KOE
Scholastiker g
erleuchtet, in
heiten offenbah
Sie bedachten
ist, und der Ca
die heiligen En
der Teufel best
Urtheil gibt.

- 47) l. c. p.
48) Versuch
11. 1747.
49) De bonis

ni possint boni. De his nec loquitur
ationibus, quibus ducti Pseudo - Apo-
Nunc iam intelligitur, quodnam bonis
et qua ratione eidem satisfaciant, sug-
onas meditationes et pias cogitationes.
HAVRERVS 47) ex Ebr. I. 14. se-
sie ausgesendet sind zu dem Dienst der
Zeit ererben sollen, Ebr. I. 14. also kön-
nst nicht füglich verwalten, wo sie uns
ngen und in uns gewisse Gedanken er-
e Zweifel hat ihnen Gott nicht nur un-
e und porcellänerne Gefässe anvertrauet
nicht zerbrochen werden, sondern er hat
e Geister in acht zu nehmen, und als
terrichten anbefohlen, welche ohne sol-
danken in unsere Seelen nicht wohl
huic superiori anno defunctum b. Io.
NVM 48) de operationibus angelo-
et Scriptura distincte commentantem.
ribam: Man ist nicht einig, wie viel den
äfte sömne zugestanden werden. Die
esgelehrten bringet der Hochehwürdige
iner Inaugural - Disp. 49) vor. Die
e Menschen würden von den Engeln
en von denselben auch unbekannte Wahr-
vollkommen zur Herrlichkeit zu machen.
Schrift schon hinlänglich zur Seeligkeit
hlossen worden. Der seel. Luther sagt,
Menschen zu gute Gedanken, wenn ihn
hard gebet noch weiter. Nach seinem
dem Sterblichen oft innerliche gute
Ger.

ngen der guten Engel. Wolfenb. 1744. Pars

in Theologiae titulo vere ac falso ornatit.

